

28. Theologia doctrina notificat Deum per Inmen fideli: unde non oportet quod circa universalis versetur, sed circa ipsum Deum, qui est principale subiectum huius doctrine, et circa alia profert sunt a Deo, vel ad Deum. *Ibid.*, ad 4.

29. Theologia, quantum ad materiam et modum cognoscendi, est aliis scientiis perfectior, quamvis ex parte scientis sit imperfectior. *Ibid.*, quest. 2, in contrar., et ad 4.

30. Theologia est nobilissima doctrina, quia per unum simplicissimum medium (quod est veritas prima, cui innititur) extendit se non solum ad speculabilia, sed et ad operabilia. *Ibid.*, ad 4.

THESAURUS.

HUGOCARD. *Ethymologia.* Dicitur thesaurus a *thesis*, quod est positio, et *aurum*: unde thesaurizans, est aurum ponere, scilicet in arca, vel alibi. Super *Psalm.* xxxviii.

COLLECTOR. *Definitio.* Thesaurus est vetus depositio pecuniarum, mobilisve rei pretiosae, cuius non extat memoria, nec dominus.

SENTENTIA PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Donatum thesaurum qui non abscondit, perdit. Part. 2, tit. 4, cap. 7, § 4.

S. AUGUST. 2. Theauri mentem possunt plerumque subvertere: at mens quae non thesauris subvertitur, sine ulla thesauris facilius et expeditius potest vivere. Lib. 14, de *Trinitate*, cap. 14.

3. In thesauris pauperum dulcissima requies, et vera securitas est: ad ipsum enim amittendum nec latro admittitur, nec naufragium metuitur: servat secum quod intus habet, nudus evadit, et plenus est. Super *Psalm.* xxxvi, conc. 2, vers. 22.

4. Non dormiat in thesauris suis, qui pauperi prodesse potest. De *Duodecim abusionibus*, cap. 4.

5. Nihil est melius, nihil dulcius, quam divinum scrutari nullo strepente thesaurum; dulce est, bonum est. Homil. 25, ex *Quingentesimo Homil.*

S. BERNARD. 6. Theauri quos thesaurizare debemus, tres sunt: Desiderium pietatis in corde; doctrina veritatis in voce; assiduitas perseverans in homine. In suis *Sentent.*, cap. *Theauri*.

7. Utinam saperes miser, et intelligeres, cum thesauro pecuniae, thesaurum iras pariter cumulari. In *Declamatione*.

8. Cur thesaurizas in terra, homo, cum sine dilatione transeat et illud quod colligitur et ipse qui colligit? Lib. *Meditat.*, cap. 17.

S. BONAV. 9. O caecitas! tristatur homo, si perdit thesaurum mundi, et non curat, si perdit fidem, cha-

ritatem, iustitiam, et patientiam, pretiosum thesaurum Spiritus sancti. *Prose.*

10. O si cogitamus cum quanta distinctione thesaurus iste ponderetur in die reditionis, id est mortis vel iudicii, antequam in donum thesaurorum caeli recipiatur, quam diligenter eum custodiremus! *Serm.* 3, *fer. 2 Pent.*

11. Quantum credendus est thesaurus corporalis comparatus thesauro spirituali? quanto est antea corporis nobilior, tanto thesaurus animae est thesauro corporali melior. Thesaurus animae est quo solo anima dives est. *Prose.*

12. Si multum doles pro amissione thesauri corporalis, quantum dolorem deceat habere pro amissione thesauri spiritualis? *Serm.* 1 de *S. Mattheo*.

12 bis. Non dormiat in thesauris suis, qui pauperes dormire non sinit. De *duodecim Abusionibus*, cap. 4.

13. Facilius animae thesaurus non in arca, sed in memoria portatur. Homil. 4, de *Symbolo*.

14. Inter omnia, quae vanitatis sunt hominum, illa est vel precipua, vel apertissima, quod magno studio, cura, sollicitudine, ac labore thesaurum magnos, homines cupidissime congregant, ignorantes quibus ista sic congregent. In *Evangelio*, super *Psalm.* xxxviii, vers. 10.

15. Thesaurum nostrum in caelis ponamus, ut etiam cor nostrum in caelis habere possimus. *Prose.*

16. Necessè est enim, ut quo processerit dilectionis thesaurus, illic etiam cognitionis aequatur affectus.

17. Ut ergo in codis thesaurizemus, caelestia diligamus.

18. Vis nosse ubi thesaurizas? attende quid amas: vis nosse quid amas? attende quid cogitas.

19. Ita fiet ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas, et amorem tuum indicio tue cogitationis intelligas. *Serm.* 1, de *Confessoribus*.

20. Inventus thesaurus absconditur, ut servetur; quia studium caelestis desiderii a malignis spiritibus custodiare non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. *Prose.*

21. Deprædari enim desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Homil. 2, super *Evangelium*.

22. Thesaurus spiritualis tanto magis cumulari, quanto magis temporalis thesaurus studiosius pro Deo expenditur. *Serm.* de *Virginitate*.

23. Qui thesaurus effudit, efficit rudera terrae, et facti in altum forem, sedulus insisit labori: donec ad thesaurus quos quaerit, attingat: sic qui thesauros sapientiae invenire desiderat, quid-

quid sibi terrenum inesse deprehenderit, expurgat, fossam in se humilitatis faciat nec quiescat, donec inveniat. Lib. 4, super *Prov.*, cap. 2.

24. Saepè plerique thesaurizant, et congregant multa, quae aut desidia filiorum everit, aut fisco occupat, aut diripiunt alieni. Super *Psalm.* xxxviii, vers. 10, *Theaurizans*, etc.

25. Ibi quique habent cor, ubi est thesaurus. Gulosi thesaurus venter est: luxuriosi thesaurus cupulae sunt; lascivi ludicra; amatoris libidinis. Lib. 4, super *Math.*, cap. 6, can. 5, num. 46, super illud: *Ubi enim est thesaurus tuus*, etc.

26. Thesaurus ex pretiosis congeritur, reconditur; custoditur; augmentatur; in tempore necessitatis reservatur. Lib. 4, de *Proprietate*, cap. 18.

27. In thesauro homo habetur firmitas; pretiositas; secretum; pulchritudo; sollicitudo; confidentia. Super *Luc.*, cap. 6.

28. Thesaurus malorum est inobedientia, et infructuabilitas, et iniquitas. *Prose.*

29. Fuge thesaurum iniquitatis, et reconde thesaurum elemosinarum: hominum opus quod possit omne peccatum extinguere, quod idoneum sit ad solventium omnem iniquitatem. Homil. super *Psalm.* lxxv.

30. Diabolus quasi quosdam laqueos facit thesauros in terra, ut homines istis thesauris et caelestibus spoliaret. Homil. 12, super *Math.*, *Oper. perit.*

31. Qui collocat thesaurus in terra, non habet quod speret in caelo; et in vanum aspiciet in caelum, ubi nihil repositum habet. *Prose.*

32. Qui divitias suas reponit in caelo, non habet spem in terra: ut quid enim delectaretur in terra, qui nihil habet in terra?

33. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, quia non estis de terra, nec de terra venistis, sed pro tempore de terra suscepistis terram, ut per terram vincatis terram: sed de caelo estis, et de caelo venistis, et iterum redituri estis in caelum, nisi ultro remanere volueritis in terra.

34. Qui thesaurizat in terris, duplex facit peccatum: primum, quia male congregat: secundo, quia cor habens in terra, nunquam quae Dei sunt recordatur, sed semper quae terrae.

35. Qui autem thesaurizat in caelo, duplicem iustitiam facit: primo, quia bene fenerat: secundo, quia spem habens in Deo, semper quae Dei sunt cogitat et meditat, et non quae terrae. Homil. 15, super *Math.*, *Oper. imperf.*, in illud: *Nolite thesaurizare*, etc.

36. Thesauros tuos ad caelestia regna transmille: sonerare in pauperibus Dominum, in egenis Christum, et pascere et vesti. *Serm.* 1, de *Martyria*.

PROB. A. S. VICTOR.

S. CYRIL.

S. EUSEBIUS EMISEN.

FRANCISCUS TITHEM.

JOHANNES BAPTIST.

S. FULGEN.

S. GREGOR. MAGNES.

HATED.

S. HIERON.

37. Parentes filiis thesaurizare lex naturae praecipit. Homil. 27, super *I Cor.*

38. Sicut is, qui competitus est, ambulare non valet: ita et qui pecunias sibi thesaurizat, in caelum ascendere non possunt. Grad. 26.

39. Thesaurus facile exauritur, si nullis interrim pecuniis reficiatur. De *tygno vite*, tract. 5, de *Patient.*

40. Thesaurus animae sed auri, non argenti, neque gemmarum: sed spiritalis, invisibilis humanis obtutibus, immensaque valoris. De *contemptu mundi*, cap. 19.

41. Thesaurus hominis est quaedam fructuum ejus congregatio, laborumque collectio. *Serm.* 7, de *Jejun. septimi mensis*.

42. Si opes congreges, ut plenus habeas sufficientiam vite huius, tunc scilicet decipis. *Prose.*

43. Auget enim inopia multiplicata rerum temporalium substantia. Epist. 17, ad *Quendam Cleric.*

44. Thesaurum, qui non abscondit, prodit. *Serm.* 7.

45. Thesaurus caeli, est manus pauperis: quod suscipit ne in terra pereat, reponit in caelum. *Ibid.*, *serm.* 8.

46. Jacens animus plebeius est, qui mummulum thesauris regalibus anteponit. *Ibid.*, *serm.* 22.

47. Thesaurus cor hominis aut per elemosinam levat ad caelum, aut per avaritiam demergit in terram. *Prose.*

48. Homo, mitte et prae-mitte thesaurum tuum in caelos, ne caelestem animam demergas in terram. *Ibid.*

49. Queris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas; thesaurizas, et ignoras cui. *Serm.* 59, de *S. Nicol.*

50. Cedat, cedat terrena pecunia, ubi caelestis thesaurus admittitur. Opusc. 12, cap. 4.

51. Loca thesaurorum de meritis thesaurizationum nominavit Apostolus. Ibi enim dicuntur esse jam thesauri, ubi sunt thesaurizantes futuri: ut qui cupiditatem et avaritiam thesaurizarent, in inferno se opes locare cognoscerent: qui vero misericordiam et humanitatem, caelestes se thesauros preparare gauderent. Lib. 3, ad *Eccles. Cathol.*, super illud, *Math.* vi: *Nolite thesaurizare*.

52. Duo thesaurorum genera monstrantur: unum scilicet quo filii thesaurizant patres, aliud quo sibi, filiis, ut erudiant illos officio ac timore divino: sibi, ut thesaurizent sibi thesauros in caelo. *Ibid.*

53. Illius thesaurus tinea comedit, qui vanitatis servit, et vitam suam in huius mundi pompa constituit. Homil. 7, de *Miseriordia*.

S. JOANNES CLIV.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. LEO I.

PETR. ULES.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETRUS DAM.

SALVIANUS.

S. VALER. EPISCOPUS.

54. Stultitia genus est, clausum tenere, quod potest multiplici labore proficere, et ad usum aeternae vite fructum exhibere iustitia. Unde utilius iudicio esse accommodare, quam abscondere: et tenori magis credere, quam terrae deputare. *Ibid.*

55. Non dubie ille penis exonerat profundum, qui thesaurus suos premitit ad caelum. *Ibid.*

S. ZENO EP.
ET MART.

56. Thesaurus res est, quam habere falsum est gaudium, certissimumque periculum publicare. *Serm. 2, de Avarit.*

SENTENTIA PAGANORUM.

SIXTUS
PHILOSOPH.

57. Theaurum quidem defodere, inhumanum est: inventum autem auferre, non est sapientis. *Sent. 290.*

TIMOR IN GENERE.

S. ANASTAS. PATRIARC. *Definitio.* Timor est contractio animae ad seipsam ob expectationem quorundam, quae non appetuntur. In *Libro viae ducis*, cap. 2, de *Verbo.*

S. CLEMENS ALEX. *Timor est insignis admiratio, tanquam ob id quod vel factum est, vel est. Lib. 2 Stromat.*
HUGO A. S. VICTORE. *Timor est per quem menti fluctans angustia ex contrariorum expectatione generatur. De Practicis carnis et spiritus, cap. 7.*

S. JOAN. CL.

Timor est certa confidentiae, ac securitatis privatio. Gradu 20.

PLATO.

Timor est consternatio animae ob mali expectationem. De Definit.

HUGO A. S. VICTORE.

Divisio. Quinque sunt timores. Scilicet: timor naturalis, timor mundialis, timor servilis, timor initialis, timor filialis. *Lib. 2, de Sacram.*

HUGO CARD.

Timor in sex dividitur. Scilicet: in segnitium, in erubescitiam, in verecundiam, in admirationem, in stuporem, in agoniam. Super Epistolam ad Rom., cap. VIII.

Segnitias, est timor future opinionis. Erubescitiam, est timor in expectatione convitii. Verecundiam, est timor in turpi facto. Admiratio, est timor ex magna imaginatione. Stupor, est timor pro casu, scilicet, per infortunium.

S. THOMAS AQUINAS.

Timor est aut filialis, aut initialis, aut servilis, aut mundanus. 2, 2, quest. 19, art. 2.

CASSIODOR.

Differentia. Humanus timor diffidentiam tribuit, divinus autem spei firmiter concedit. *Super Psalm. xxiv, vers. 4.*

S. THOMAS AQUINAS.

Origo. Omnis timor habet ortum ab amore: quia nullus timet perdere, nisi quod amat, et ideo amor et timor ab eodem foveantur. *Opusc. de Modo confitendi, cap. de Peccatorum origine.*

Comparatio. Sicut in morientibus natura propter virtutis debilitatem ad interiora sese recipit:

ita in timentibus, calor cum spiritibus ad interiora contrahitur. 1, 2, quest. 44, art. 1 in corp.

SENTENTIA PATRUM.

1. Tuta tenet, qui alla timet. Part. 1, in *Apolo-* D. ALANUS DE ALTO
logia, cap. 15. S. AUGUSTINUS

2. Timor temporalis tutaminis servat excubias, sed nescit diuturnitatis custodiam. *Prose.*

3. Haque ubi timor decessit, audacia obrepit, quoniam fidem non timor cogit, sed affectus exhibet. *Lib. 2, Offic.*, cap. 7.

4. Aliud est timere, quia peccaveris, aliud timere, ne pecces: ibi formato de supplicio, hic sollicitudo de premio. *Lib. 10, epistol. 84, ad Demetriadem.*

5. Quae pena major, quam timere [quod vitare non possis, nec quod timentis evadere? *Super Psalm. xxxv.*

6. Hominem vereris praesentem, Dei Patris et Filii non vereris praesentiam? *Prose.*

7. Deus enim novit ocella hominum; incipias scire quod timeas et timere ne pecces. *Super Psalm. cxviii, vers. 1, vers. 2.*

8. Timor insolita et repentina exhorrescit, rebus quae amantur adversantia, dum praevacet securitati. *Lib. 2 Conf.*, cap. 6.

9. Necesso est ut qui metuit aliquid, fugiat: quisquis itaque metuere metuit, est profecto absurdissimus, quia fugiendo habet id ipsum quod fugit. *De 83 Quest.*, quest. 33.

10. Omnis sapiens fortis est, nullus autem fortis aliquid metuit. *De Beata Vita*, in disput. 3 dici.

11. Serva quod iustus est, et non timebis foris. *Super Psalm. xxxv.*

12. Modo fac quod in posterum timeas. *Serm. 2, post fer. 3, Dom. Pass.*

13. Severitia potestatum timenti vult: quis autem timentus, nisi unus Deus? *Lib. II Conf.*, cap. 6.

14. Timeri et amari velle ab hominibus non propter aliud, sed ut inde sit gaudium, quod non est gaudium; misera vita et fœda iactantia: hinc fit maxime non amare te, nec caste timere. *Ibid.*, lib. x, cap. 36.

15. Sunt qui dum nimis timent, ne quasi in dexteram rapti, extollantur; in sinistram lapsi demerguntur. *Epistol. 81.*

16. In hoc mundo non timere impossibile est. *Epistol. 82.*

17. Sicut meliores sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timor. *Epistol. 50.*

18. Ago quidquid potes, ne fiat quod merito times. *Contra Mendacium*, cap. 9.

19. Mala vota sunt optare habere quem timeas ut possit quem vincas. *Lib. 4, de Civit. Dei*, cap. 15.

20. Infirmis pueris necessarius est timor. *Ibid.*, cap. 30.

21. In omnibus quae humana infirmitas timet, sola iniquitas jure damnatur. *Lib. 22, contra Faust.*, cap. 78.

22. Nolite timere quando facitis bene, ne videat alter: time ne propterea facias, ut tu lauderis; nam videat alter, ut Deus laudetur. *Tract. 8, super Epistolam Joann.*

23. Fuga animi timor est. *Tract. 46, super Joann. Medit.*, cap. 2.

24. Quod amor ministrat, timor dissipat. *Ibid.*

25. Animum timor saepe afficit, letitia extollit. *Ibid.*

I. REDA.

26. Homines plquam Deum timere, non est religionis christianae. In suis *Proc.*, verbo *Homines.*

BERNARD.

27. Timor color est, dum libertatem tingit, tegit, et eam nihilominus sibi reddidit dissimilem. *Serm. 82, super Cant.*

BONIFATIUS.

28. Continuus timor non sinit esse felicem. *Lib. 2, de Consolat. Philos.*, prosa 4.

S. FABIANUS ARLIAT.

29. Sapiens semper in metu est. *Prose.*

S. AUGUSTINUS.

30. Quanto quisque sollicitior circa se fuerit, tanto plus metuit.

31. Qui de praeteritis suspirat malis, de futuris periculis pervigili sollicitudine contremiscit. *Homil. 29.*

CASSIODOR.

32. Cum quis perspexerit jam se de praeterito non habere quod lugeat, non sit securus; lugeat de futuro quod timeat. *Ibid.*

33. Sicut oportuno tempore timere, providentia est: ita dementiae probatur esse conjunctum, inepta se quadam trepidatione confundere. *Super Psalm. xiii.*

34. Timor humanus non laudem parturit, sed vituperationem. *Super Psalm. xxi.*

35. Humanus timor diffidentiam tribuit. *Super Psalm. xxiv.*

36. Peccatores mundi timent ne adepti felicitate fraudantur, ne divitiis minus perfuerant inventis, ne acquisitis priventur honoribus. *Prose.*

37. Ille vivi formidant amittere, quae se tamen non sunt humana conditione relinquere: et illa non timent, per quae verissimo timore torquendi sunt. *Super Psalm. lxi.*

38. Revera non potest hominem timere, qui se mundana non formidat amittere. *Super Psalm. lv.*

S. CYPRIANUS.

39. Expedi plus bene timere, quam male fidere. *Prose.*

40. Ille tutius sibi consulit, qui semper infidus extimescit. *De Singularit. Clericor.*, cap. 2.

41. Major regibus, quam ceteris metus est: tam ille timere cogitur, quam timeatur. *Lib. 2, Epistol. ad Donat.*

42. Qui non timet, de se praesumit. *Epistol. ad Damascenum Papam, de Morte divi Hieronymi.*

43. Qui sanctorum et sapientior est, plus semper timeat: nam qui altius est, cadens majores casus recipit. *Ibid.*

44. Impii ibi timent, ubi vere timeendum non est. In *Annot. super Psalm. xlv.*

45. Si bona est conscientia, non est timeendum. *Super Psalm. cxxxvii.*

46. Mens non revocatur, nisi timore. *Super Epistolam ad Rom.*, cap. II.

47. Contra naturam superbiere est, ab aequali velle timeri. *Lib. 21 Moral.*, cap. 10.

48. Sic sub auctoritate superbia, et humanus timor sub humilitate se paliat: ut saepe nec ille valeat considerare quid Deo, nec iste quid deceat proximo. *Homil. 9, super Ezech.*

49. Humani terrores fumo sunt similes, qui levi aura raptus evanescit. *Lib. 8, in Registro*, indict. 3, cap. 36. *Epistol. 56, ad Maximinum episc. Salonitanum.*

50. Timeri ab omnibus homo debuerat, si ipse auctorem omnium, ut homo timuisset. *Homil. 10, super Ezech.*

51. Qui timet ubi timeendum est, non plus timet quam timere deceat. *Oral. 2, in presentia S. Basilii.*

52. Jactans est animi, formidolosa timere: et inertis est, tuta seclari. *Epistol. 6, ad Avianum.*

53. Praeteritorum experientia ad formidinem incutiendam multum habet momenti. *Homil. 28, super Gen.*

54. Neminem metuit, qui nullus mali sibiipsum conscius est. *Serm. 14, super Epistolam ad Philipp., in Morali.*

55. Ubi timor est, livor non est: ubi timor est, pecuniarum amor non vexat: ubi timor est, extinctus furor est, cupiditas improba correpta, omnis irrationabilis passio exterminata. *Prose.*

56. Ubi timor est, ibi et eleemosynae studium, et orationis attentio, et lacrymae ferventes et continuatae, et genibus compunctionis. *Homil. 45, ad Popul. Antioch.*

57. Nihil tantum peccata consumit, virtutem vero crescere facit et germinare, quantum continui timoris natura. *Ibid.*

58. Qui non vivit in timore, recte illum agere difficile est. *Ibid.*

59. Necesso est, ut quem multi timent, et ipse timeat multos. *De Vanit. et Miser. hum. vite*, cap. 6.

S. RUSEBIUS

CESARIENSIS.

S. GREGORIUS

TITIELL.

S. GREGORIUS

MAGNUS.

S. GREGORIUS

NAZ.

S. HIERON.

S. JOANNES

CHRYSOST.

JOAN.

TRITH.

- S. ISID. HISP. 60. Odium timor affert, fidem metus tollit : ubi timor est, audacia sequitur : ubi metus est, desperatio occurrit. Lib. 2, de *Synonyma*, cap. 16.
- LACT. FIRM. 61. Timiditas in sapiente esse non debet. Lib. 2, de *divin. Inst.*, cap. 3.
- PETRUS BLESENS. 62. Maturus, queso, tunc saluti prospicere velis : ne tunc timere velle incipias, cum non possis. Epist. 41, ad *Quendam Cleric.*
63. Nihil timebit corum, que sub celo sunt, quem protegit Deus celi. *Ibid.*, serm. 42 *Quadrages.*
- S. PFRUS CITSOL. 64. Victorie cupidus, nescit timere. Serm. 22.
65. Quis est qui timeat volens? *Ibid.*, serm. 435.
- S. PFRUS DAMIANUS. 66. Nihil fortius ad expugnandum gratiam Dei, quam timor humanus, qui plerosque opprimit. Serm. 38, de *S. Anb.*
- S. PROSPER. 67. Aliter quis timet, ne malum quo puniatur, incurrat : aliter ne bonum, quod delectatur, amittat. Lib. 3, de *Vita Contemplat.*, cap. 34.
- S. SYNEPUS EMOPOPIUS. 68. Timoris vacuitas maxima, est legum timor. Epist. 2, ad *Joan.*
- THOMAS A KEMPIS. 69. Quis tu, ut timeas a mortali homine? hostis est, cras non comparet : Deum time, et hominum terrores non expavesces. Lib. 3, de *Imit. Chr.*, cap. 36, sect. 3.
- SENTENTIE PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 70. Vir fortis timore vacat. Lib. 3, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 6.
71. Is, qui metuendo exuperat ; timidus est : nam timeat ea que non oportet, et ut non oportet, deficit autem et in confidendo ; meticulosus male sese habet circa spem, quippe cum universa metuat. *Ibid.*, cap. 7.
- CICERO. 72. Plus in metuendo mali est, quam in illo ipso quod timeatur. Lib. 6, epist. 4, ad *Torquatum.*
73. Qui se metui volunt a quibus metuntur, eosdem ipsi metuant necesse est. Lib. 2, de *Offic.*
74. Metus absit, caritas retineatur. *Ibid.*
75. Minus est quam servus, dominus qui servos timet. In suis *Sentent.*, sent. 232.
76. Multos timere debet, quem multi timeant. *Ibid.*, sent. 226.
77. Stultum est timere, quod vitari non potest. *Ibid.*, sent. 266.
- PERIANERA CORINT. PLATO. 78. Multis terribilis, caveto multos. In *Dictis sapient.*, ex *Ausonio*, diet. 5.
79. Quisquis ab omni timore voluerit fieri vacuus, timeat que sunt timenda. Lib. 1, de *Legibus.*
- PLINIUS II. 80. Timor est emendator asperimus. Lib. 7, epist. 17, ad *Celerem.*
- SENECA. 81. Necesse est multos timeat, quem multi timeant : ita natura constituit, ut quod alieno metu

- magnam est, a suo non vacet. Lib. 2, de *Ira*, cap. 44.
82. Si vultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda. Lib. 6 *Quaest.*, cap. 2.
83. Qui in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerce. Epist. 48.
84. Plura sunt, qua nos terrent, quam que premunt : et sepius opinione, quam re laboramus. Epist. 43.
85. Quid ad te quam potens sit quem times, cum id propter quod times nemo non possit. Epist. 4.
86. Nihil tam certum est ex his, que timeantur, ut non certius sit et formidata subsidere et sperata decipere. Epist. 43.
87. Si vis omnem sollicitudinem exuere, quidquid vereris ne eveniat, eventuram utique propone : et quodcumque illud est malum, tecum ipse metire, ac timorem tuum taxa ; intelligis profecto aut non magnum, aut non longum esse, quod metuis. Epist. 24.
88. Tam demens est qui timeat, quod non est senturus, quam qui timeat, quod non est passurus. Epist. 30.
89. Hoc primum imbecillie mentis atque aegre est, formidare inexperta. Epist. 50.
90. Proprium est nocentium trepidare. Epist. 97.
91. Nihil est nec miserius, nec stultius, quam semper timere. Epist. 98.
92. Qui timeatur, timeat ; nemo potuit terribilis esse secure. Epist. 105.
93. Stultum est timere, quod vitare non potest. De *Moribus.*
94. Qui a multis timeatur, multos timeat. *Ibid.*
95. Cum alios timearis, teipsum verere : nam saepe sine aliis esse potes, sine te nunquam. *Ibid.*
96. Animum vereri qui scit, scit tuto ingredi. In suis *Prov.*
97. Quotidie damnatur, qui semper timeat. *Ibid.*
98. Neminem ledens, nullum timebit. *Sent.* 373.
99. Fidelis homo semper in metu est, usquequo est ad Deum. *Ibid.*, sent. 414.
- Vide etiam tit. *Discretio*, sent. 44 ; *Dolor*, sent. 59, 60 ; *Dubium*, sent. 25 ; *Episcopius*, sent. 10 ; *Laqueus*, sent. 45 ; *Peccatum in genere*, sent. 66 ; *Servitus*, sent. 41 ; *Sollicitudo*, sent. 48, 437 ; *Victoria in genere*, sent. 55.

TIMOR DEI.

- Etymologia.* Deus Hebraice, latine dicitur timor, quasi qui solus est timendus. Super *Ezech.*, cap. 25.
- Definitio.* Timor Dei, est fide et moribus, precepto-

- M. G. 6. Torum divinorum diligens custodia. Part. 1, de *Virtut.*, cap. 22.
- Timor Dei, est anxietas cordis, retrahens hominem ab illicito usu membrorum, sensuumque exteriorum, ne anima a Deo penitus vel aliquantulum separetur. *Ibid.*
- Timor Dei retinaculum quoddam et salutare vinculum est, quo arceatur homo, ac prohibetur a commissione malorum. Sect. 4, super *Psalm.* XIII.
- Quid aliud est Deum timere, nisi non timere adversus Dominum Majestatis? *Prosec.*
- Quid est timor ille, nisi votiva subjectio, obedientia non coacta, ulro impensa reverentia?
- Quid est timor ille, nisi reverentia humilis, ex debiti necessitate impensa, necessitati nil passa?
- Quid est timor ille, nisi temeritatis et negligentie magis privatio, quam necessitatis coactio? Serm. 19, super *Cant.*
- Timor Domini, est in fide et bonis moribus divinatorum preceptorum vigilans custodia. De *Fructu carnis et Spirit.*, cap. 42.
- Timor Dei nihil aliud est, quam murus et presidium, ac turris animae inexpugnabilis. Lib. 4, *Parall.*, cap. 4.
- Timere Deum nihil aliud est, quam nulla (nisi) facienda sunt bona prelerire. Part. 4, de *Legno vita*, tractatus de *Timore*, cap. 2.
- Deum timere, est cuncta que Deus prohibet, execrando, et abominando, contemnere. *Prosec.*
- Ille Deum timeat, qui satagit cavere que prohibet. *Opusc.*, 20, cap. 5.
- Producio. De timore Domini nascitur compunctio, de compunctio procedit contemptus facultatum, de contemptu humilitas preceatur, de humilitate mortificatio voluntatum generatur : mortificatione extirpantur atque marcescunt universa vitia, expulsionem virtutum virtutes fructificant ; pullulatione virtutum puritas cordis acquiritur : puritate charitatis perfectio possidetur. Lib. 4, de *Inst. renuntiantium*, cap. 43.
- SENTENTIE PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Timor Dei quantalibet terroribus inferatur, non aliud agit, quam ut quem fecerit timeantem, faciat et volentem : nec solum volentem, sed etiam sapientem. Lib. 2, de *Vocat. gent.*, cap. 9.
2. Deum timere, gaudere est. Lib. 10, epist. 84, ad *Demetr.*
3. Sicut timor seculi infirmitas est, ita timor Dei magna fortitudo. Lib. 3, de *Sacram.*, cap. 2.
4. Qui Christum timeat, non timori est subditus, sed devotioni ; pietatis hic timor, non infirmitatis est. Super *Psalm.* cxviii, serm. 6, vers. 1.
5. Bene timeat, qui hominem se esse cognoscit. *Ibid.*

6. Timor Dei expellit peccatum tribus modis, corrigendo scilicet preterita, vitando presentia, cavendo futura. Part. 4, tit. 6, de *Causis peccatorum*, cap. 10, § 4.
7. Cum timor Dei fundetur et radiceur in charitate, crescente charitate augetur timor. *Prosec.*
8. Mens que plus est illuminata et inflammata, plus timeat. *Ibid.*
9. Timor Dei utilis est peccantibus, penitentibus, tribulatis, tentatis et contemplativis. *Prosec.*
10. Primo utilis est peccantibus, quia peccator considerans Dei misericordiam, ad statum penitentiae adducitur.
11. Secundo utilis est penitentibus, quia inducit ad contritionem, confessionem et satisfactionem.
12. Tertio utilis est tribulatis, quia facit tribulatum patientem, gaudentem, constantem in tribulationibus.
13. Quarto utilis est tentatis, quia tentatum facit diligentem in pugna spirituali, incultum sollicitudinem in aggrodiendo, perseverantiam in pugnando, et confidentiam in vincendo.
14. Quinto utilis est contemplativis : sicut enim servus Domino, cui servit, assistit sepius, obsequitur humiliter, alloquitur dulciter ; sic facit timor Dei de contemplativis. *Ibid.*, etc. cap. 10, § 3.
15. Timor Dei cogitationem de nostra mortalitate, et de futura morte necesse est incutiat, et quasi clavatis carnis omnes superbia motus ligno crucis alligat. Lib. 2, de *Doctr. Christiana*, cap. 7.
16. Homo timens Deum, voluntatem ejus in Scripturis sanctis diligenter inquirat. *Ibid.*, lib. 3, cap. 4.
17. Cum dicit Dominus : Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant : quid aliud est, quam quod talis a tantis erit timor meus, quem dabo in cor eorum, ut mihi perseveranter adhaereant? De *Bono persever.*, cap. 2.
18. Para sevit, Deum time. Serpens insidiatur, Deum time. Homo te odit, Deum time. Diabolus te impugnat, Deum time. Tota enim creatura sub illo est quem jubetis timere. Super *Psalm.* xxxiii, conc. 2.
19. Si times Deum, et ideo times Deum quia peccator es, quo iurus es ? quid facturus ? vis ab illo fugere ? ad ipsum fugi ? vis fugere ab irato ? fuge ad placatum. Super *Psalm.* cxlii.
20. Sicut videmus per setam introdi hunc quando aliquid sultur seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit hinc : sic timor Dei primo occupat mentem : non autem ibi remanet timor, quia ideo intravit, ut introduceret charitatem. Tract. 9, super *Epist. Joan.*, de cap. 4.
21. Crux ipsa mortalitatis carnis erudigenda

est, et transigenda clavis timoris Dei, ne solutus et liberis membris, reluctantem portare non possis. *Epist. 38, ad Latium.*

22. Cupiditatis munda inquitium est, Deum timere; qui solus timeri sine amore non potest. In *83 Quest.*, quest. 36.

22 bis. Dei timor non solum inchoat, sed etiam perficit sapientem. *Ibid.*

23. Timor Dei non magnum est presidium procedentibus ad salutem: cum autem quisque pervenerit, foras mittitur. Super *Psaln. v.*, vers. 8.

24. Si adhuc propter peccata times Deum, nondum amas quem sic times. *Prosee.*

25. Aliud est timere Deum, ne mittat te in gehennam: aliud est timere Deum, ne recedat a te: ille timor nondum est castus, hic autem castus. *Tract. 9, super Epist. Joan.*, cap. 4.

V. HEDA.

26. Ubi non est timor Dei, ibi regnum est peccati. *Tom. 2, in suis Prov.*, verbo *Ubi.*

S. BERNARD.

27. Non est locus quo admittas superbiam, repletus timore Domini. *Serm. 54, super Cant.*

28. Ubi timor Domini non est, ibi perditio est anime: ubi timor non est, ibi dissolutio vite est: ubi timor non est, ibi est abundantia peccatorum. *Serm. 4, ad Sororem.*

29. Exigit Deus timeri, ut Dominus: honorari ut pater, ut sponsus amari. *Serm. 83, super Cant.*

30. Timor Domini expellit peccatum, sive quod jam admissum est, sive quod feniit intrare. *Serm. de diversis Affect. anima.*

31. Timor Dei est quo concutitur anima, discutitur conscientia, excutitur sopor lethalis, incutitur solitudo. *Serm. de septem Donis Spiritus sancti.*

32. Nunquam homo debet esse sine Dei metu. *Serm. 55 ad Sororem.*

33. Tota beatitudo est timere Deum. *Serm. 5, Omnium Sanctorum.*

34. Timor Domini radix est et custos omnium honorum. *De donis Spiritus sancti*, cap. 4.

35. Bene initium sapientie timor Domini dicitur, quia tunc primum Dominus anime sapit, cum eam afficit ad timeendum, non cum inservit ad sciendum. *Serm. 23, super Cant.*

36. Deum timere timore casto, et mandata ejus observare, hoc est omnis homo. *Lib. de Amore Dei.*

S. BONAV.

37. Timor Domini est speciosus, sicut hortus; virtuosus, sicut ventus; pretiosus, sicut thesaurus. *Tit. 5, Dieta*, cap. 1.

38. Sicut Mater Dei est Virgo et decor virginum: sic timor Domini castus decor est, et virgo virtutum anime. *Ibid.*

39. Vis mereri ut ad summum complementum

pervenias? certe time Deum. *Serm. 2, de septem preceptis.*

40. Timor Dei facit recedere a peccato, et sollicitat in opere bono, ut bonum bene fiat. In *Alphab. Religiosor.*, lect. 10.

41. Sapienter semper in compunctione, et semper in metu est. *Homil. 29.*

42. Sicut remissa securitas culpas admittit, ita timor desiderabilis delicta semper excludit. Super *Psaln. 11.*

43. Timor Domini non ad miseriam, sed ad gaudium ducit: quippe qui beatos efficit, et sanctos operatur. *Ibid.*

44. Deum timere, non trepida confusio, sed imperturbata constantia est. Super *Psaln. xviii.*, vers. 10: *Timor Domini sanctus.*

45. In omni sanctitate versatur, qui suum iudicem et timere cognoscitur et amare. *Ibid.*

46. Mixta cum amore dilectio, timor est Domini, qui usu seculari reverentia nuncupatur. *Ibid.*

47. Dei timor quia justus et rectus est, tandem generat, amorem tribuit, ardorem charitatis inflammant. Super *Psaln. xxi.*, vers. 24.

48. Nesciunt timere Deum, qui haretica pravitate cecati sunt, vel idolis sclerata mente deserviunt. *Ibid.*, vers. 25, *Timent cum.*

49. Humanus timor diffidentiam tribuit, divinus autem spei firmamenta concedit. Super *Psaln. xxiv.*, vers. 15: *Firmamentum est Dominus.*

50. Si metus Dei nescitur, conversionis medicina negligitur. Super *Psaln. cx.*, vers. 9.

51. Timor Domini ex amore descendit, ex charitate nascitur, ex dulcedine procuratur. Super *Psaln. cxxvii.*, vers. 1: *Qui timent Dominum.*

52. Timor Dei peccata extrudit: bona ergo est ars, terrere ne peccemus. *Lib. 2 Pedag.*, cap. 8.

53. Timor Dei erudit ac castigat, et in dilectionem restituit. *Lib. 2 Stromat.*

54. Nunquam aliquis metum Dei capiet, nisi si

extra omnes vite hujus sollicitudines positus fuerit. *De Prefect. spirit.*, cap. 46.

55. Omnium qui laudabiliter agunt, Dei timor fundamentum est. Super *1 Petri*, cap. 1.

56. Timor Dei omni Christiano est necessarius, quia preserat a vitis, custodit in bonis, et sollicitum facit timentem, ne cadat in laqueum inimici. Super *Epist. Petri.*, cap. 1, art. 3.

57. Nihil dulcius, quam timere Deum. *Ibid.*, cap. 4, art. 6.

58. Nihil adeo ab anima depellit timorem Dei, ut superius presumptio. *Doctrina 4.*

59. Timor Dei comes est justitie, qui illam optime novit servare. *Homil. 2.*

S. GREGORIUS
ADLAF.
CASSIODOR.

S. PIERUM.

60. Talis sit timor Dei, ut desperatio non se intermiscat. *Ibid.*, homil. 13.

61. Qui timorem Dei sibi vindicat, carnis voluptatem non admittit. *De timore Dei.*

62. In quo non est timor Dei, omnibus diabolis patet, atque insidiis. *De non habente timore Dei.*

63. Nihil presantius esse potest timore Domini. *De Vita spirituali*, cap. 17.

64. Semper mente timorem Dei sumo; nam timor Dei velut gladius anceps est, omnem concupiscentiam pravam excidens. *De Patientia et Consummat.*

65. Initium renuntiationis Monachi, est timere Dominum: qui enim divini timoris expertus est, extra portas regni Dei demorabitur. *Ad Monachos Parva.* 1.

66. Ne decipiaris, o homo: impossibile enim est sine timore Dei proficere. *Ibid.*, parva. 39.

67. Magnum lumen anime est timor Domini, ex ea tenebras depellens, ipsamque mundam ac puram reddens. *De humilit. comparanda.*

68. Timor Domini Paradisus est deliciarum: ubi vero non est timor Domini, ibi vulpes habitabunt. *De Timore Dei.*

69. Timor Dei in corde justis, sicut scutum est in manu militis. *Ibid.*

S. PAUL.
PAPA.

70. Qui omnipotentem Deum metuit, nec contra Evangelium, nec contra apostolos, nec contra prophetas, nec contra sanctorum Patrum instituta agere aliquid ullo modo consentit. *Hab. apud Gratian. in Decretis*, causa 2, quest. 3, part. 2, cap. Quia.

S. FRANC.
ASSISIENSIS.

71. Ubi est timor Domini ad atrium suum custodiendum, ibi inimicus non potest habere locum ad ingrediendum. *Opus. in Admonit. ad fratres*, cap. 26.

CLEMENS
ALEX.

72. Timor Dei de plantario oritur charitatis: non audeo dicere quod charitas est, nec tamen audeo negare. *Serm. 19, super Cant.*

CILLEBERT.
ANGLICUS.

73. Timor Dei non videtur, quia nihil vel peccati vel periculi metuit: et timor manet, quia nihil audacter vel temere presumat. *Ibid.*

74. Timor Dei approximatus ad charitatem: pene illa est, sed pene non est: causa distat, par est affectus. *Ibid.*

GLOSS. ORD.

75. Tremunt Angeli, presentiam Dei contemplant; pavent homines, iudicium expectantes: formidant demones, virtutem ingentissimam sentientes. Super *Orat. Manasses*, super illud: *Omnes pavent et tremunt.*

76. Timor Domini fiduciam fortitudinis presertat, quia mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despiciat, quanto se auctori earum veracius formidine subdit. Super *Prov.*, cap. 14, in illud: *In timore Domini.*

Tom. IV.

77. Qui vere timet Deum, non potest esse sine fide. Super *Eccles.*, cap. 1.

78. Tria commendantur timentibus Deum, credere, sperare, diligere. *Ibid.*, cap. 3.

79. Sicut cribrum grana a paleis secernit, ita timor Dei sordidas cogitationes a corde repellit. *Ibid.*, cap. 27.

80. Qui Deum quasi semper presentem pertimescit, neminem fraudare intendit. *Ibid.*, cap. 29.

81. Catholicus Deum timens, omnia agit Doctorum consilio et Scripturarum documento. *Ibid.*, cap. 32.

82. Qui Deum timet, scientia non caret. Super *Math.*, cap. 6.

83. Timor Dei corrigit, timor hominum differt, sed voluntatem non auferit. *Ibid.*, cap. 14, super illud: *Timuit populum.*

84. Aliquando blande loquitur Deus, ut amaretur: aliquando terribiliter, ut timeatur. Super *Job*, cap. 33.

85. Timor Dei non est miserie, sed gaudii. Super *Psaln. 11.*

86. Melius est ut servato Dei timore egeas opibus, vel etiam quotidiano victu; quam ut desiderio plura acquirendi Dei timorem perdas. Super *Prov.*, cap. 15.

87. Ortus justis est, cum incipis Deum timere. Super *Eccles.*, cap. 3, in illud: *Tempus nascendi.*

88. Qui magis timet Deum, magis sapiens est: et quanto sapientior, tanto fructibus honorum operum plenior, non enim timor Dei otiosus est. Super *Ecccl.*, cap. 1, in illud: *Plantatio sapientie, timere Deum.*

89. Timor unius Dei, alios expellit timores. Super *Isa.*, cap. 35.

90. Mens non revocatur, nisi timore. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 2.

91. Qui Deum timet, nihil negligit. Deum timere est nulla que faciendi sunt bona preterire. *Lib. 1 Moral.*, cap. 3.

92. Sepe pigras mentes amor ad opus excitat; et inquietas in contemplatione timor refrinat. *Ibid.*, lib. 6, cap. 17.

93. Ille veraciter vim divini timoris intelligit, qui se a cunctis pravis operibus custodit. *Ibid.*, lib. 19, cap. 6.

94. Qui rationis sensum peccando ad timorem Dei non habuit, tanto in nullo timendus est, quanto hoc quod esse debuit, non est. *Homil. 10, super Ezech.*

95. Anchora cordis est pondus timoris Dei. *Lib. 6 Moral.*, cap. 17.

96. Qui neglecto Dei timore peccata peccatis accumulavit, profecto ut meretrix frontem obdurat.

GLOSS. INT.

S. GREGOR.
MAGN.

S. ELIGIUS.

in septem Psalm. ponit. super Psalm. 1, vers. 10.

97. Sæpe mens dum plus justo trepidat, dum pavore quatitur, lædet hanc vivere, quam se ad vitam vel per labores ambigit pervenire. Lib. 9 *Moral.*, cap. 17.

98. Timere ab omnibus homo debuerat, si ipse auctorem omnium ut homo timuisset. Homil. 10, super *Ezech.*

99. Ex initio timoris, ad vinculum perducimur magnæ charitatis. Lib. 5 in *I Reg.*, cap. 1.

100. Ille timor probabilis est, qui dum mentem concutit, ad boni operis studium trahit. *Prosec.*

101. Nonnulli sunt, qui per timorem Dei quædam mala respiciunt, aliqua bona agunt, et tamen nec mala plene deserunt, nec bona sufficienter operantur. *Ibid.*, cap. 2.

S. GREGORIUS
NAZ. 102. Ubi timor Dei, ibi mandatorum est observatio. Orat. 2, de *Epiphania.*

103. Timor Dei salutaris quidem est hominibus, verum rarus. Super *Eccles.*, cap. 5.

104. Qui cum timore Dei obsecundat, quæ illi sunt contraria fugit. *Ibid.*, cap. 7.

S. GREGORIUS
THAUMAT. 105. Qui cum Dei timore incedit, sequæ submittit, adversa omnia effugit. Super *Eccles.*, cap. 7.

S. HIERON. 106. Nihil aliud anima discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet. Epist. 7, ad *Letam.*

107. Timor Dei virtutum custos est. Epist. 5, ad *Fabiolam.*

108. Tantus mentem tuam repleat timor Dei, ut indignari omnino non audeas, et iram metu vincas. Epist. 1, ad *Demetriad.*

109. Vera vita est, Deum nosse et timere. *In Regula Monachorum.*, cap. 27.

110. Timor Dei animas sanctorum integras, ac pudicas purasque conservat. Lib. 14, super *Isai.*, cap. 60.

111. Homo timeat Deum, non timore gehennæ, aut timore pœnæ, sed timore sancto : sic timeat, ut quem amat, per negligentiam non perdat. Super *Psalm.* xviii, vers. 10 : *Timor Domini sanctus.*

S. HILARIUS 112. Rarus ipse est, cum quo perfectio timoris Dei, per annorum augmenta crescit. Super *Psalm.* cxviii, in illud : *In quo corrigit adolescentior.*

HUGO CARD. 113. Dolor et timor quasi duæ mole sunt ; inter quas mollitur justus, ut fiat panis, et possit comedi a Christo, et Ecclesie incorporari. Super *Genes.*, cap. 20.

114. Timor Dei est quasi pondus virtutum, qui non sinit justos extolli vento superbiæ. Super *I Reg.*, cap. 6.

115. Timor dei sollicitator est instantissimus, et

custos vigilantissimus, qui pigrum et negligentiam instanti stimulatione excludit. Super *Ecclesiasten.*, cap. 7.

116. Timor Dei oritur ex consideratione ejus potentie. Super *Sapient.*

117. Ubi major timor Dei, ibi major sapientia : timor amaritudinem pœnæ habet, sed generat dulcedinem sapientie. Super *Eccles.*, cap. 1.

118. Nihil melius, quam timor Dei, nihil utilius incipienti, nihil cautius proficienti, nihil tutius pervenienti. *Ibid.*, cap. 23.

119. Timor Dei thesaurus est, in quo omnes divitiæ virtutum clauduntur, ne a demonibus vel vilis rapiantur et maxime a fure domestico, id est superbia, quæ plus nocet. Super *Isai.*, cap. 33.

120. Summæ sequitatis est, ut Deum timeamus. *In Contemplat. de amore Dei.*, cap. 21.

121. Crux nostra, timor Dei est. Lib. 4, de *Inst. renunt.*, cap. 35.

122. Principium nostræ salutis, ejusdemque custodia, timor Domini est : per hunc initium conversionis, et vitiorum purgatio, et virtutum custodia, his qui imbuuntur ad viam perfectionis acquiritur. *Ibid.*, cap. 39.

123. Cum timor Dei penetraverit hominis mentem, contemptum rerum omnium parit, mundique ipsius gignit horrorem. *Ibid.*

124. Timor verus est, quem non penarium terror, nec cupido pramiorum, sed amoris generat magnitudo. Collat. 1, abbat. *Charemon.*, cap. 13.

125. Tantæ ubertatis timor Dei est, ut quem semel sua virtute possiderit, non partem, sed totam ejus occupet mentem. *Ibid.*

126. Tuta armorum est Dei timor. *Serm. in Job et Abraham.*

127. Anima, quæ Dei timorem excussit, ut rationem habenas moderantem eiecit, quævis malitia loca decurrit, donec in exitu barathrum delata præcipitetur. Homil. 5, de *Verbis Isai.*

128. Deum, non hominem timeas : si hominem times, ab eo ipso, quem times, derideberis ; si vero Deum times, hominibus quoque venerabilis eris. Homil. 83, super *Matth.*

129. Ubi timor Dei est, ibi et castitas est : ubi autem non est timor Dei, ibi nequæ castitas est. Homil. 1, *Oper. imperf.* super *Matth.*

130. Donec homo timet Deum, non eum diligit : cum autem diligere cœperit, jam non eum tantummodo timet, sed etiam amplius diligit. *Prosec.*

131. Timere servorum est, diligere autem filiorum : timor sub necessitate est, dilectio in libertate. *Ibid.*, homil. 41.

IDIOTA.

JOAN. CAS.

S. JOANNES
CHRYSOST.S. JOANNES
DAN.

S. IUD. BIER.

132. Qui Deum timet, homines non erubescit. *Ibid.*, homil. 52.

133. Facile deviat a justitia, qui in causis non Deum, sed homines formidat ; hinc peccandi difficultatem, non aufert voluntatem. Homil. 15, ex *varis in Matth.*

134. Solus Dei timor noscentes corrigit, fugat crimina, innocentiam servat, perpetem tribuit facilitatem. *Ibid.*

135. Qui virtuti studet, et Deum timet, is sapientissimus est. Homil. 40, super *Joan.*

136. Quoties non adest vehemens timor Dei, mortua sit anima necesse est, ac mortuus infelicio. Homil. 6, super *II ad Cor.*

137. Dei timor maximum remedium est amoris. *Ibid.*, homil. 7, in *Moral.*

138. Illa est vera requies, ubi solus Dei timor est volutate plenus. Homil. 6, super *Epist. ad Hebr.*

139. Magnum bonum est, Dei timorem possidere. Homil. 2, ad *Popul. Antiochen.*

140. Timor Dei nihil aliud est, quam murus et munimentum, et turris inexpugnabilis adversus insidias diaboli. *Ibid.*, homil. 15.

141. Qui non vivit in timore, recte illum agere difficile est. *Ibid.*

142. Si Dei timorem habeamus, nihil nobis est opus : si vero non hunc habeamus, etsi regnum ipsum possideamus, sumus omnium pauperrimi. *Ibid.*, homil. 69.

143. Nihil illi adequari poterit, qui timore Dei præditus est. Serm. 3, super *Epist. ad Philipp.*

144. Timeamus dilectissimi Dominum, timeamus etsi etiam in captivitate fuerimus, omnibus erimus clariores. *Prosec.*

145. Timor adsit Dei, et nihil erit triste.

146. Tametsi pauperitatem dicas, tametsi agritudinem, tametsi captivitatem, tametsi servitutem, et si quid aliud tristem, non solum gravia non erunt, sed magis adjumenta, si Deum timeamus. Homil. 26, super *Epist. ad Hebr.*, in *Moral.*

147. Timor Domini innumeras animæ virtutes superat. Lib. 1 *Parall.*, cap. 4.

148. De timor ab omni passione, ac perturbatione immunis est. *Ibid.*

149. Fieri non potest, ut qui Dei timore præditus est, melliculosus sit. *Ibid.*

150. Qui Deum timet, omnia ut divine legi consentaneum est, agit. *Ibid.*

151. Quod peccamus, non altitudo nobis oritur, quam quod Dei metus a nobis absit. *Ibid.*, cap. 12.

152. Timor Dei semper emendat, timor expel-

lit peccatum, timor reprimat vitium, timor facit hominem doctum atque sollicitum. *Prosec.*

153. Ubi timor Dei non est, ibi perditio est : ubi timor Dei non est, dissolutio vitæ est : ubi timor Dei non est, ibi sclerum abundantia est. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 6.

154. Radix sapientie, est timere Dominum : et rami illius, longitudo dierum. *De Confutatorior. et virtut.*

155. Multi a crimine in crimen corrumpunt, quia Dei cognitionem habentes, timorem ejus negligunt. Lib. 2, de *Summo bono.*, cap. 19, sent. 1.

156. Major Dei metus causa est, cur ea, quæ chara habentur, minime amittantur. *De necessariis quibusdam quest. explicat.* 68.

157. Qui Deum metuit, nec dolorem, nec egestatem, nec exilium, nec carcerem, nec mortem metuit. Lib. 6, de *vero Cultu.*, cap. 17.

158. Primum justitie officium, est Deum cognoscere ut parentem, eumque metuere ut Dominum, et diligere ut Patrem. *In Epitome divin. Insit.*, verbo *Duas.*

159. Timor Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem, per quem vita ipsa sustinetur, munitur, gubernatur. Lib. de *Ira Dei.*, cap. 12.

160. Utilis plane est timor Domini, et cum solitudine inquirendus : qui enim sine ipso facit, non poterit justificari. de *Ligno vite.*, tract. de *Timore.*, cap. 1.

161. Timor Dei virtutes excitat, ne rubigine otii consumantur. *Ibid.*, cap. 2.

162. A malo presentis pœnæ reddit timor Dei hominem securum : qui enim timet Deum, non trepidat : et qui illum possidet, non corrumpit. *Ibid.*

163. Si ad momentum a domo mentis discedat Dei timor, quasi absentie domina cogitatio ne clamor (velut ancillarum) garrula turba multiplicat, et affectionum carnalium ignis accenditur. *Prosec.*

164. Ut vero ad mentem timor redierit, mox confusio humilissima compescitur, et more ancillarum se ad injunctum opus, mens ipsa tacite reprimunt. *Ibid.*

165. Beatus ille, cui donatum est timere Deum. *Ibid.*, cap. 5.

166. Qui timet Dominum, semper conjunctum habet humilitatem comitem. *Centur. 1, de Charitate.*, cap. 8.

167. Omnia quæ timeantur, rationabiliter declinantur : Deus autem sic timeendus est, ut ab ipso confugiatur. *Sent.* 77.

168. Timor Domini per humilitatem ad sublimis gradus est. *Ibid.*, sent. 87.

S. JUSTIN.
MART.

LACT. FIRM.

S. LAURENTIUS
JUSTIN.S. MAXIMUS
MART.

S. PROSPER.

460. Timoris, quo Deus metuitur, nulla est in appellatione distinctio: sed aliud est timere, quia peccaveris: aliud timere, ne pecces. *Epist. ad Demetriad.*
470. Timor Domini est prima virtutum proles, sine qua ceteras habere non potes. Part. 1, de *Benjamin minore*, cap. 8.
471. Timor Dei fundamentum salutis est: timendum cavehimus, cavendo salvi erimus. *De Cultu feminar.*, cap. 2.
472. Qui timet Deum, suiipsius curam gerit, et a pravo consortio se alienat. *Hecatonstade 2*, sententia 63.
473. Etsi saeviat concupiscentia carnis, timorem Dei habeas, et tolletur ejus insania. Super II, ad *Cor.*, cap. 7, in illud: *Sanctificationem in timore Dei.*
474. Mens Dei timore vallata, flammis superat, varios tormeritum spernit dolores: quidquid adversi venerit, calcet et despiciat. *Epist. Paschalis*, 3.
475. Potest Deus timeri, non quidem sicut aliquod malum: sed ut a quo malum aliquod penne esse potest. 2, *Quaest.* 19, art. 1.
476. Paupertatem spiritus ad eos pertinere certum est, qui filiali timore Deo se voluntarie subjiciunt. *Ibid.*, art. 12.
477. Timor Dei facit a peccato recedere; pericula tentationum praecavere; de praeteritis malis dolere; a presentibus delectationibus abstinere; de necessariis vitae sobrie sumere; discrete actus suos regere; semper ad perfectiora tendere; quae Deo placent inquirere. *Serm.* 15, ad *Navit.*, c. 2.
478. Non est vera libertas, nisi in timore Dei. *Lib. 2, de Imitatione Chr.*, cap. 21, sect. 2.
479. Quis tu ut timeas a mortali homine? hodie est, cras non erit: Deum time, et hominum terrores non expavesces. *Ibid.*, lib. 3, cap. 36, sect. 3.
480. Qui sine Dei timore est, cito corrumpitur in malum. *In Valle Kilior.*, cap. 11, sect. 2.
481. Sicut lucerna obscurum cubilellum illuminat, ita timor Dei cor, in quod venerit, illuminat. *Lib. 5, libell. 3, de Compunct.*, num. 7.
482. Nihil est ante omnia timendi Deum tam necessarium atque conveniens, quam ut seipsum noverit. *Serm.* 2, de *Genes.*
483. Omnis timor Domini in amore est, non in metu. *Ibid.*, *serm.* de *Psalm.* cxxvii.
484. Exulta, Christiane, et Deum fortiter time, diaboli si vis incendia non timere. *Ibid.*, *serm.* 5, de *Daviele.*
485. O necessarius timor! qui nihil aliud agit, nisi ut beatos efficiat: qui timet arte, non casu: voluntate, non necessitate: religione, non culpa: qui Deum metuit, non naturam. *Ibid.*, *serm.* de *Timore.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
486. Deum time prius et ama, ut ameris a Deo. *De quatuor Virtut.*
487. Tutissima res est nihil timere praeter Deum. In suis *Prov.*
488. Fidelis homo semper in meta est, usquequo eat ad Deum. *Sentent.* 414.
- Vide etiam tit. *Abundantia*, sent. 47; *Amicitia*, sent. 183; et virtutum connexio, scilicet *Timor et Amor; Timor et Gaudium; Timor et Scientia; Timor et Spes.*
- TIMOR MORTIS.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Si terribilis apud viventes mors aestimatur, non mors ipsa terribilis est, sed opinio de morte, quam unusquisque pro suo interpretatur affectu, aut pro sua conscientia perhorrescit. *De Bono mortis*, cap. 8.
2. Certe iis quibus non gravis est timor mortis non est grave mori: sed grave est vivere sub metu mortis. *Prosec.*
3. Non ergo mors gravis, sed metus mortis: metus autem opinionis est, opinio vero nostrae infirmitatis contraria veritati. *Ibid.*, etc.
4. Nihil habemus quod in morte metuamus, si nihil quod timeandum sit, vita nostra commisit. *Ibid.*
5. Nihil est quod in morte timeamus, nihil quod debeamus dolere, si aut naturae repenti, vita quae accepta est rependatur, aut petenti impendatur officio, in quo religionis cultus, aut virtutis usus est. *Orat. de Fide resurrexit.*
6. Qui mortem reformidat, servus est; servit profecto, et miseram quidem servitutem. *Prosec.*
7. Nihil enim sine animam ad omnem servitutem dejicit, quomodo formido mortis. *Lib. 2, epist. ad Simplicianum.*
8. Mors cum impendere coeperit, ideo cavetur, ut diutius timeatur. *Prosec.*
9. Nam inter tot casus fragilitatis humanae, quam nullae mortes timeantur, cum certe una cum venerit, restat ceteras non timere; et tamen fugitur una cum omnes timeantur.
10. Quibus excruciantur doloribus, qui curantur a medicis et secantur? numquid ut non moriantur? sed ut aliquanto serius moriantur.
11. Et nonnunquam ipsis doloribus victi continuo moriuntur quos mortis timore suscipiunt. *Epist.* 44, ad *Armenitarium.*
12. Nihil est difficilius quam et metuere mor-

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPHUS.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

- em et ab illecebris hujus mundi, sicut pericula ipsa postulant, temperare. *De Quantit. animae*, cap. 33.
13. Qui timendo mori, mentitur, moritur antequam moriatur: menti vis ne moriaris, et mentiris et morieris et cum vitas unam mortem, quam differre poteris, auferre non poteris, includens in duas, ut prius moriaris in anima, postea in corpore moriaris. Super *Psalm.* xxx, concion. prima, vers. 7.
14. Mors quam timeant homines, separatio est animae a corpore: mors autem vera quam non timeant homines, separatio est a Deo. *Prosec.*
15. Et plerumque cum timeant homines istam, quam separant animam a corpore, incidunt in illam ubi anima separatur a Deo. Super *Psalm.* xlviii, conc. 2, vers. 14.
16. Timeo mortem carnis tuae, mortem daibus animae tuae. *Tract.* 66, super *Evang. Joan.*, de cap. xiii.
17. Plus amas mortem, quam vitam tuam: mori male times, et male vivere non times. *Prosec.*
18. Corrigo male vivere, time male mori, sed noli timere, non potest male mori, qui bene vivit. *De Disciplin. Chr.*, cap. 12.
19. Quidquid egeris, quatumcumque invigilaveris, quomocumque fugeris, quolibet munimenta quaesieris, quibuslibet divitiis te redemeris, quibuslibet calliditatibus hostem tetelleris, non fallis mortis febrem. *Prosec.*
20. Nihil enim aliud agis, ut non cito ab hoste moriaris, nisi ut serius aliquando a febre moriaris.
21. Habes quod agas, ut nunquam moriaris; et si times mortem, ama vitam: vita tua Deus est, vita tua Spiritus sanctus est. *De verbis Apostoli*, *serm.* 18.
22. Vel mortem time, si peccatum non times. *Homil.* 42, ex *Quinquaginta Homil.*
23. Talem te prepara, ut mortem timere non possis, ut post mortem vivere incipias, qui ante mortem moriendo vivebas, vel vivendo moriebaris. *Serm.* 44, ad *Fratr. in Bremen.*
24. Si mors sic timeatur, quae finit temporalem laborem: quomodo timenda est quae militat in aeternum dolorem? 439.
25. Nihil agunt qui mori timeant, nisi ut paulo posteriori moriantur. *Epist.* 260.
26. Eam mortem debes timere, quam tibi ipse facis de Deo blasphemando. *Epist.* 244.
27. Nolle timere cruce et mortem, quia si nocerent homini, non ea pateretur homo, quem suscepit Filius Dei. *De Agone Chr.*, cap. 11.
28. Ubi mortis timor est, nec vita dicenda. *De Episcop.*, cap. 8.
29. Disces bene mori, si didiceris bene vivere. *De Discipl. Chr.*, cap. 12.
30. Mortem timeas, ventura est si timeas, non efficies ut non sit quod times. *Ibid.*, cap. 11.
31. Multi perverse timeo mortem corporis, incidunt in mortem animae. *Tract.* 43, super *Jean.*
32. Mortem carnis omnis homo timet, mortem animae pauci. *Prosec.*
33. Pro morte carnis, quae sine dubio quandoque ventura est, curant omnes ne veniat, inde est quod laborant: id autem agunt ut multum mors differatur, non ut evadatur. *Christo*, *tract.* 49.
34. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. *Ibid.*, *tract.* 51.
35. Mortem timeam, an non timeam, venire habet: si timeas non efficies ut non sit quod times. *De Disciplin. Chr.*, 11.
36. Mira stultitia! peccator timet mortem, et quod expavescit expectat: dum moritur, adhuc mortem evadere arbitrat; quod cum optat, illud sperat: quod abhorret, quodammodo non expectat. *Prosec.*
37. Cupit vivere, credit vivere: nollet mori, non credit mori; et miratur mori, quia omnino nollet mori, et evadere cupit, quia evadere credit. *Serm.* 14, *ser.* 3, *post Dom.* 1 *Quadrages.*, art. 1, cap. 2.
38. Peccatum mors animae est: si mors corporis est cavenda, et timenda, et pro illa differenda tantum multi laborant homines; multo magis pro morte culpe cavenda, et pro morte poena vitanda. *Collat.* 52, super cap. xxxi. *Jean.*
39. Non Christianus ille est, qui pro veritate mori timeat. *Epist. ad Augustin.*, de *miraculis D. Hieronymi.*
40. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. *Prosec.*
41. Non se cogitet Christianum, qui pro Christo mori se non invenit preparatum. *Epist. ad Damas.*, *Papam de morte Divi Hieronymi.*
42. Provens vita semper incerta est, tanto semper mors surripit timori debet, quanto nunquam prevederi valet. *Lib. 2 Moral.*, cap. 20.
43. Mors ipsa cum venerit vincetur, si priusquam veniat, semper timeatur. *Homil.* 13, super *Evang.*
44. Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior, atque timidior debes. *Lib. 7 in Registro*, ind. 2, cap. 1, *epist.* ad *Jauvarium episc.*, *Carantan.*
45. Quid te subtrahis? quid tergiversaris? quasi mortem differre possimus, et vitam facere longiorem, sic timeamus ad ultimum pervenire. *Epist.* 3, ad *Heliodor.*

S. BERNARD. SEN.

S. BONAV.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

S. EUSEBIUS CAESARIENS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

46. Egretere quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septuaginta prope annis servivisti Christo, et mortem times? Apud D. Hieron., epist. 15, de Vita Hilariorum.

IPIOTA.

47. Mors non est timendum viro justo, tum quia certa est, et necessaria, tum quia brevis est, et transitoria, tum quia utilis est, et meritoria. Lib. 5. *Contemplat. de morte*, cap. 9.

48. Mors amara est, et terribilis abundantibus iniquitate, affluentibus prosperitate, deficientibus bonitate, carentibus adversitate, et non languentibus infirmitate. *Ibid.*

A. JOANNES
CHRYSOST.

49. Horrendum quid mors est, et formidolosum, sed non iis qui supernam sapientiam contemplantur. Homil. 82.

50. Homo mortem contemnit, non tremuit, non metuit: quoniam tales non sunt, brutis pejores sunt. Serm. 6, super *Epist. ad Philipp.* in *Morali.*

JOAN.
TRITHE.

51. Qui mortem recte metuit, nunquam in bono opere peritescit. Lib. 4, homil. 17, ad *Monachos.*

52. Mortem non timeas, quoniam raro bene moritur, qui non ut quotidie moriturus preparatur. *Ibid.*, homil. 20.

53. Quanto vivamus in hoc mundo duntius, tanto mortem amplius formidamus. *Ibid.*, homil. 25.

54. Bona conscientia mortem non metuit. De *Institutione vite*, cap. 7.

55. Omnis homo qui divitiis et honoribus mundi affluit, mori pertimescit. De *Vicit. et Misera hunc vite*, cap. 3.

56. Male viris, et idcirco mori pertimescis, sed frustra metuis, frustra pertimescis, evadere mortem non poteris. *Ibid.*, cap. 8.

57. Quis est qui mortem sabubriter timet? qui timendum bene vivit. *Prosec.*

58. Mortem impii timent et metunt, sed timentes male vivunt: nihil prodest metuis, ubi non est profectus. *Ibid.*, cap. 10.

S. ISIDORUS
HISPALENS.

59. Multi vitam odio habent: et tamen mori timent, quod plerisque in angustia contingere solet, sicque contrario affectu et vivendi habent tedium, et moriendi metum. Lib. 3, de *Sum. bono*, cap. 62, sent. 2.

LACT. FIRM.

60. Nemo dubitat, quin timidi et imbecillius sit animi, aut dolorem meture, aut mortem: que quisquis non exhorruit, fortissimus judicabitur. Lib. 6, de *Divin. Inst.*, cap. 17.

61. Non mors terreat, nec dolor frangat, quominus vigor animi et constantia inconcussa servetur. In *Epitome*, cap. *Nam.*

PHILO JUD.

62. Perspicuum est, nihilque mentem in servitium redigere, ut mortis metum. Lib. *Quod omnis probus liber sit.*

63. Homines mali ultimum supplicium mortem existimant, at hec in divino judicio vix est penarum initium. De *Premis et Penis.*

64. Non est timendum quod nos liberat ab omni timendo: si times vita decedere, quia optimam nos: certe mortem timere non debes, quam malam nescis. *Prosec.*

65. At cum times, scis malam: non scires autem malam, nec times, si non aliquid esse post mortem, quod eam malam faciat, ut timeas. De *Testimonio anime*, cap. 4.

66. Inter omnes timores, timor mortis est maximus, est enim finis terribilium; unde si homo timorem mortis superat, superet omnes timores, et hoc superato superatur omnis mundi inordinatus. *Prosec.*

67. Quando enim bene considerat homo, quod filius Dei Dominus mortis, mori voluit, non timet mori. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 2.

68. Si bonam conscientiam haberes, non multum mortem times. Lib. 4, de *Init. Chr.*, cap. 23.

69. Stude nunc taliter vivere, ut in hora mortis valeas potius gaudere, quam timere. *Ibid.*, cap. 23, sect. 6.

SENTENTIE PAGANORUM.

70. Is homo fortis proprie dicitur, qui circa honestam mortem, et ea omnia que afferunt ipsam, interritus est. Lib. 3 *Ethic. ad Nichomacum*, cap. 6.

71. Ne timeas illam, que vite est ultima finis: Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipsum. Lib. 1. *Distichor.*, metr. 42.

72. Linque metum lethi, nam stultum est, tempore in omni.

73. Dum mortem metuis amittere gaudia vite. *Ibid.*, lib. 2, metr. 15.

74. Factibi proponas, mortem non esse timendam: Que bona si non est, finis tamen illa malorum est. *Ibid.*, lib. 4, metr. 47.

75. Multum venturi ne cures tempora fati: Non mortem metuit, qui scit contemnere vitam. *Ibid.*, lib. 4, metr. 46.

76. Turpis fuga mortis, omni est morte peior. *Orat. 50, Philipp.* 8.

77. Quid id quod vitari non potest, metuit: is vivere animo quieto nullo modo potest. *Prosec.*

78. Sed qui non modo, quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors, quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi presidium ad beatam vitam comparat. Lib. 2, *Tusc. quest.*

79. Mortem horis singulis impendentem, motuens, quis poterit animo securo consistere? De *Senect.*

TERTULL.

PERIANDER.
CORINT.

PLATO.

S. THOMAS
AQUINAS.THOMAS
A REMPI.

SENeca.

ARISTOTEL.

CATO POET.

CICERO.

TAINWEG.

SENTENTIE PATRIUM.

1. Omnia supplicia, graviorum suppliciorum vincuntur formidine. Lib. 1, *Offic.*, cap. 38.

S. AMBROS.

2. Prudentibus delictorum supplicia terrosi sunt. De *Bono moris*, cap. 8.

3. Aliud est timere, quia peccaveris; aliud timere, ne pecces: ibi formido de supplicio, hic sollicitudo de premio. Lib. 40, epist. 84, ad *Demetriad.*

4. Que poena major, quam timere quod vitare non possis, nec quod timeris evadere? Super *Psalm.* XXXV.

S. ANTONIUS
DE PADUA.

5. Sicut clavus clavum eiecit, sic timor gehennas delectationem luxuria. Serm. *Doq.* 9 *Quadrage.*

6. Non bonus quisquam est timore poenae, sed amore justitiae. Epist. 54, ad *Macedonium.*

S. AUGUST.

7. Melius est doctrina homines duos, quam poenae timore compelli. *Prosec.*

8. Multis profuit prius timore cogi, ut postea possint doceri, aut quod jam verbis didicerant, opere sectari.

9. Sicut meliores sunt, quos dirigit amor: ita plures sunt, quos corrigit timor. Epist. 50, ad *Bonifac.*

10. Inaniter putat victorem se esse peccati, qui poenae timore non peccat, quia etsi non impletur foris negotium male cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditatis inest hostis. *Prosec.*

11. Quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod velatur, si subtrahas quod timetur?

12. In ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non licet fieri, sed ideo non facit, quia impune non potest fieri.

13. Inimicus justitiae est, qui poenae timore non peccat: amicus autem erit, si ejus amore non peccat: tunc enim vere timebit peccare.

14. Qui gehennas metuit, non peccare metuit, sed ardere: ille autem peccare metuit, qui peccatum ipsum gehennas odit: ipse est Dominus timor castus. Epist. 144, ad *Anast.*

15. Sicut ille est iniquissimus, quem nec poenae corporales deterret ab immundis operibus: ita ille justissimus, qui nec poenarum corporalium terrore revocatur a sanctis operibus. *Ibid.*

16. Charitate Christo, non poenae timore coheremus. *Ibid.*

17. Mandatum si fit timore poenae, non amore justitiae, serviliter fit, non liberamente, et ideo nec fit. Non enim fructus est bonus, qui de charitatis radice non surgit. De *Spiritu et Litera*, cap. 14.

18. Ex lege timeamus Deum, ex fide speramus in Deum; sed timentibus poenam absconditur gratia. *Ibid.*, cap. 29.

80. Mors terribilis est his, quorum cum vita omnia extinguuntur, non his quorum emori laus non potest. De *Paradox.*, cap. 3.

81. Homines mortem vel optare incipiunt, vel timere desistant. Lib. 1, *Tusc. Quest.*

82. Nemo justus esse potest, qui mortem timet. Lib. 2, *Offic.*

83. Mortem optare, malum: timere, pejus. In *Diotis sapient. ex Ausonio*, dict. 3.

84. Mors est omnium bonorum maximum, et tamen mortem pertimescent homines, quasi recte nosset illam omnium malorum esse maximum. Syzygia. 4, in *Apolog.*

85. Ipsum illud mori nemo reformidat, qui non plane sit ratione destitutus, et animo ignavo atque imbelli. Syzygia. 3, de *Rhetor.*

86. Fieri non potest, ut is qui quia ea credit esse vera, que apud inferos esse perhibentur, formidabilia quidem illa et terroris plena, sit immunis a mortis metu. Syzygia. 4, lib. 3, de *Republ.*

87. Crudelius est quam mori, semper timere mortem. Lib. 3, *Declam.*, controvers. 5.

88. Equid quod tam cito fit, timebis diu? De *divina Provid.*, cap. 6.

89. Sape causa moriendi est, timide mori. De *Tranquillit. anim.*, cap. 11.

90. Plerique inter mortis metum, et vite tormenta miseri fluctuant: et vivere nolunt, et mori nesciunt. Epist. 4.

91. Mihi crede: adeo mors timenda non est (modo conscientia tua tibi fiduciam faciat) ut beneficio ejus nihil antefendum sit. Epist. 24.

92. Tunc mortem, ut nunquam timeas, semper cogita. Epist. 30.

93. Mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit: veniet iterum, que nos in lucem reponat dies. Epist. 6.

94. Stultitia est timore mortis mori. Venit qui occidat, expecta, quid occupas? quare suscipis alieno crudelitatis procuracionem? utrum invides caruifici tuo, an parcis? Epist. 70.

95. Delicati timent mortem, cui vitam suam fecere similem. Epist. 82.

96. Nullum animam ad vitam prodit, sine metu mortis. Epist. 121.

97. Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, aeterni natalis est. Epist. 102.

98. Nullis timor mortis, vere rationis ignarus excruciat. De *Volunt. divina*, cui Titulus Asclepius, cap. 10.

Vide etiam tit. *Laqueus*, sent. 23; *Mendacium*, sent. 45, 46; *Mors Christi*, sent. 21; *Senectus*, sent. 29.

19. Facile est penam timere, sed non hoc est Deum timere, illo scilicet Domini timore pietatis. In *Quæst.* super *Exod.*, quæst. 35.

20. Timor penarum etsi nondum habet delectationem bonæ conscientie, saltem intra claustra cogitationis coercet malam cupiditatem. Lib. 2, *Contra Iul. Petilian.*, cap. 83.

21. Quando timore poenæ, non amore iustitiæ fit bonum, nondum bene fit bonum, nec fide in corde quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, si posset impune. Lib. 2, *Contra duas Epist. Pelag.*, cap. 9.

22. Qui timore poenæ innocens est, non est innocens; quamvis non noceat, cum vult nocere. Non enim nocet alteri per effectum malum, sed sibi plurimum per cupiditatem malam. Super *Psalm.* xcii.

23. Qui timore poenæ, non amore iustitiæ opus legis facit, profecto inivitus facit: quod autem inivitus facit (si posset fieri) mallet utique non juberi. Super *Psalm.* cxviii, conc. 41.

24. Quando bonum opus, quod lex imperat, fit timore poenæ, non amore iustitiæ, cum Deus metuitur non amatur, serviliter fit non liberaliter. Super *Psalm.* cxviii, conc. 17.

25. Timor iste, quo non amatur iustitia, sed timetur poena, servilis est, quia carnalis est. *Ibid.*, conc. 25.

26. Timor nondum castus est, si timore facit quidquid boni facit, non timore amittendi bonum illud sed timore patiendi malum. Super *Psalm.* cxviii.

27. Si nihil in te facit amor lucis, faciat timor doloris. Tract. 18, super *Evangel. Joan.*, de cap. v.

28. Quando timore facis quod iustum est, non Deus te delectat. *Ibid.*, tract. 41, de cap. viii.

29. Noli timere poenam, sed ama iustitiam, nondum potes amare iustitiam? time vel poenam, ut pervenias ad amandam iustitiam. *Ibid.*

30. Quantum charitas crescit, timor decrescit: et quantum illa fit interior, timor pellitur foras. *Prosec.*

31. Major charitas, minor timor: minor charitas, major timor. Tract. 9, super *Epist. Joan.*, de cap. iv.

32. Si adhuc propter poenam times Deum, nondum amas quem sic times. *Prosec.*

33. Aliud est timere Deum, ne mittat te in gehennam: aliud est timere Deum, ne recedat a te, ille timor nondum est castus, hic autem castus est. *Ibid.*

34. Timor poenæ est quidam custos et quasi pedagogus legis: littera est minans, nondum gratia juvenans. *De Verb. Apostoli.*, serm. 18.

35. Si timore gehennæ non facis malum, est quidem in te fides, quia credis futurum Dei esse

judicium: gaudeo fidei tuae, sed adhuc timeo malitiae tuae. Homil. 9; ex *Quinquaginta homil.*

36. Vetus homo aut non facit, aut timore facit quod facit; non amore, sed timore. Serm. 4, *Dom. 4 Quadr.*

37. Modo fac quod in posterum times, et non habebis quod in posterum timeas. Serm. 1, *fer. 3, post Dom. Pass.*

38. Quod fit timore poenæ, nondum fit quemadmodum fieri oportet. In *Enchirid.*, cap. 121.

39. Lex non timore poenæ, sed iustitiæ amore completur. *De Fide et Operib.*, cap. 21.

40. Sub lege est, qui timore supplicii, quod lex minatur, non amore iustitiæ, se sentit abstinere ab opere peccati. *De Natura et Grat.*, cap. 57.

41. Jam credit aliquis in Christum, sed odit Christum: habet confessionem fidei in timore poenæ, non in amore coronæ. Tract. 10, super *Epist. Joan.*

42. Ille timor quo times ne in ignem æternum mittaris cum diabolo, non est castus, non enim venit ex amore Dei, sed ex timore poenæ. Tract. 9, super *Epist. Joan.*

43. Non est magnum timere poenam, sed magnum est amare iustitiam: qui ergo amat iustitiam, nihil timet; timet plane, non ne incidat in poenam, sed ne amittat iustitiam. Tract. 43, super *Joannem.*

44. Amare, filiorum: timere, est servorum. In suis *Prov.*, verbo *Amare*.

45. Vigiliis times et jejuniis, manumque laborem; sed hæc levia sunt meditantis flammæ perpetuas. Epist. 4, ad *Robertum nepotem suum*.

46. Ille quasi servus timet, qui bonum quod facit, non timore amittendi bonum quod non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat, facit. Serm. 4, ad *Sororem*.

47. Metu poenarum revocatur, qui incentiva pravitate succenditur. Super *Psalm.* cxviii, vers. *Memor sui iudiciorum, etc.*

48. Qui facit Dei voluntatem præ timore gehennæ, hic adhuc novitius est et incipiens; cum propter se bonum non exerceat, sed timore poenarum. *Doctr. 4.*

49. Si quis a malo declinat ob metum poenæ, est ut servus qui dominum veretur. *Ibid.*

50. Qui divino timore nolunt suam refrænare mentem, humano timore indigent. *Adhort. 4.*

51. Beneficis nemo serviliter timens, respondet: tantummodo qui per fiduciam amoris non timet, digna ei reddit obsequia. *Super Job*, cap. ix.

52. Deus poenis terret, bonis demulcet. Super *Psalm.* ix.

53. Metus poenarum revocat a malis. Super illud *Psalm.* cxviii: *Memor sui iudiciorum.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

54. Cum ex peccato præsens poena metuitur, et amissa Dei facies non amatur, timor ex timore est, non ex humilitate. Lib. 4 *Moral.*, cap. 25.

55. Cum quis timore adhuc bona agit, a malo penitus non recessit: quia eo ipso peccat, quo peccare vellet, si peccare inulte potuisset. *Ibid.*, lib. 1, cap. 12.

56. Qui a perversitatibus opere ex timore perstringitur, perversa libenter ageret, si liceret. *Ibid.* lib. 9, cap. 22.

57. Tanto quisque minus iudicem trepidat, quanto in bonis actibus solidius stat. *Ibid.*, lib. 40, cap. 11.

58. Qui propterea bonum facit, quia tormentorum mala metuit, vult non esse quod metuat ut audacter illicita committat. Part. 3 *Pastor.*, cap. 4, admonit. 14.

59. Plerique divinæ districtiōnis iudicia metunt, et tamen prava agere non desistunt: ille timor probabilis est, qui dum mentem conceit, ad boni operis studium trahit. Lib. 5, in *1 Reg.*, cap. 2.

S. GREGOR.
NYSES.

60. Non timore poenarum, sicuti mancipium a vitis declinat. *De Vita Moysis*.

S. HIERON.

61. Amare, filiorum: timere, servorum est. Epist. 2, ad *Nepotian.*

62. Fidelius et gravius semper obsequium est, quod ab amore, quam quod a metu proficiscitur. Epist. 14, ad *Celantiam*.

63. Multo melius est timore poenarum emendare peccata, quam spe prosperorum divinæ sententiæ subjacere. Lib. 3, super *Hierem.*, cap. 44, in illud: *Et dixit: A, A, A.*

HUGO A S.
VICTORE.

64. Qui recte timet supplicia, fide fugit vitia, spe tendit ad merita, charitate currit ad præmia. Super *Abdiam*, in illud *Ezech.* xxviii: *Hæc est terra, etc.*

65. Si amor Dei te tenere non potest, saltem teneat et terreat timor iudicii, metus gehennæ, laquei mortis, doloris inferni, ignis urens, vermis corrodens, sulphur fetens, flamma tartarea, et omnia mala. Lib. 3, de *Anima*, cap. 41.

HUGO CARD.

66. Servi est timere, et ex timore operari: filii autem amare, et ex amore omnia facere. Super *Epist.* ad *Rom.*, cap. 8.

67. Timor naturalis, est horror poenarum; et timor humanus est quo nimis timetur poena corporis: ita ut prius peccaret, quam poenam sustineret. Super *1 Cor.* ii.

68. Status ille proprie est perfectiorum, qui non timet poenam, in quantum est poena, sed in quantum est separatio a Deo. *Ibid.*, cap. 7.

S. JOHANNES
CHRYSOST.

69. Qui sanæ mentis est, olensam Dei magis timet, quam ullam gehennam. Homil. 5, de *Fide Amæ.*

70. Non potest cogitare peccatum, qui supplicium cogitando veretur. *Prosec.*

71. Formido supplicii, abolitio est peccati. Serm. super illud *Isa.*: *Si volueritis, etc.*

72. Si nihil mali admittis, nihil prorsus est quod extimescas: sin male se scelerate vivis, iudicem time. Lib. 1 *Parall.*, cap. 12.

73. Mortem timeo, quia mihi acerba est: gehennam timeo, quia sempiterna est: ignem timeo, quia nunquam extinguitur: tartarum timeo, quia calor is experts est: tenebras timeo, quia luce vacant. *Ibid.*, cap. 87.

74. Oportet ut quem gaudia celestia non allucere valent, poenæ infernales compellant. Super *Prolog. Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 33.

75. Multi timore poenarum bona facere incipiunt, sed amore Christi perficiunt. In cap. 7, *Regul. S. Bened.*, grad. 12.

76. Etsi metu poenarum recedere a malo ad consequendum Dei regnum minime sufficit, operantem tamen ad timorem filialem parat. Lib. 2, ad *Monachos*, serm. 7.

77. Qui solo supplicii timore in se vitia reprimit quamvis non expleat opus peccati, vivit tamen in eo voluntas peccandi, doletque sibi illicitum, quod lex prohibere dignoscitur. *Prosec.*

78. Ille mercedem boni operis percipit, qui amando iustitiam facit: non is, qui eam solo metu poenarum inivitus custodit. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 21, sent. 1.

79. Quamvis quis in hac vita sit justus, tamen dum ex corpore suo egreditur, pertimescit, ne dignus supplicio sit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 62, sent. 10.

80. Compara poenam tuam totam gehennam: leve est omne quod poteris; si timeas, illas poenas time. *Prosec.*

81. Istæ enim temporales sunt, illæ æternæ: istæ finem habent, illæ perpetue sunt.

82. In istis moriendo tormenta recedant, in illis moriendo æternus dolor succedit. Lib. 1, de *Synon.*

83. Si a prava actione formidanda poena prohibet, profecto formidantis animus nulla spiritus libertas tenet: nam si poenam non metueret, culpam proculdubio perpetraret. *Prosec.*

84. Ignorat itaque gratiam liberalis, quem ligat timoris poenæ servitius. *De ligno vitæ, de Timore*, cap. 5.

85. Timor potentie superioris est vermis arrodens, qui conscientiam jugiter torquet. Serm. 59, de *S. Nicol.*

86. Metu ultionis, omnis iniquitas refrænatur. Lib. 4, ad *adv. Marcion.*, cap. 16.

87. Tristitiam parit timor suppliciorum. *Hece- tontad.* 2, sent. 71.

S. JOHANNES
DAMASCENUS.

JOAN.
TRITH.

S. ISIDORUS
HISPAL.

S. LAURENT.
JUSTIN.

S. PETRUS
DAMIANUS.

TERTULL.

TRALLASSIUS

S. THOMAS
AQUINAS.

88. Non semper aliquis obedit legi ex bonitate perfecta virtutis, sed quandoque quidem ex timore penam. 1, 2, *Quest.* 92, art. 1.
89. Quidquid fit timore servili, male fit. Super 2, *Sent.*, dist. 42, art. 3.

SENTENTIA PAGANORUM.

MINUS PUB.

90. Quotidia damnatur, qui semper timet. In suis *Sent.*, sent. 262.
Vide etiam tit. *Damnatio*, sent. 20; *Liberum arbitrium*, sent. 75; *Premium*, sent. 14; *Supplicium*, sent. 11.

TRACTIO.

SENTENTIA PATRUM.

S. ANTONIN.

4. Sicut magnus trahit ad se ferrum, ita humilitas trahit gratiam, et ecclesiam consolationem. Part. 3, tit. 16, cap. 40, § 5.

S. AUGUST.

2. Displicet tibi, quis traheris ad salutem, cum tam multos ad perniciem traxeris. *Epist.* 204, ad *Donat.*

3. Nemo venit nisi tractus: quare illum trahat et illum non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare: non traheris, ora ut traharis. *Prose.*

4. Trahitur animus amore, amando trahitur, sine lesione corporis trahitur: vide si tractus es, et a Patre tractus es.

5. Trahit sua quemque voluptas, non necessitas, sed voluptas; non obligatio, sed delectatio.

6. Ramum viridem ostendis ovi, et trahis illum: necesse puero demonstrantur, et trahitur; et quod currit trahitur, amando trahitur. *Tract.* 26, super *Evangel.* *Joan.*, de cap. vi.

7. Videte quomodo trahit Pater: docendo delectat, non necessitatem imponendo (ecce quomodo trahit). *Ibid.*

8. Ille trahitur ad Christum, cui datur ut credat in Christum. *Lib.* 4, ad *Bonifac.*, cap. 3.

9. Trahantur homines, non ut nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant. *Ibid.*, cap. 19.

10. Nolite cogitare invitum trahi, trahitur animus et amore. *Tract.* 26, super *Joan.*

S. BASILIDES
MAGNUS.

11. Claritudo in vitio, multos lubricos ad sui imitationem attrahit: et hæc pestis est quædam animarum. Super *Psalm.* 1, conc. 1.

12. Sicut stipula ubi ignem offert, statim accenditur: ita femina masculi corpus contingens, non opus habet multo labore, neque amore ut attrahat, statim habet latenter incensam voluptatis scintillam. *De Virginit.*

S. BERNARD.

13. Non omnis qui trahitur, invitus trahitur: trahit Christus animam quodammodo invitam, ut faciat voluntarium: trahit torpentem, ut reddat currentem. *Serm.* 21, super *Cant.*

14. Non expectatur ratio, ubi affectio trahit. *Epist.* 12, ad *Corinth.*

15. Generosus est animus hominis, et facilius ducitur, quam trahitur. Super *Luc.*, cap. 5.

16. Sponsa dicit: Trahe me post te; unde ad ipsam trahimur? quando mento ad ipsam excitamur, et supra nos excedimus. *Ibid.*, cap. 18, in illud *Cant.* 1: *Trahe me post te.*

17. Sicut funiculo naves ad portum trahuntur ita charitatis vinculo trahuntur ad portum salutis æternæ. *Serm.* 2, in die Pent.

18. Quoties beneficia Dei recipimus, toties tracti sumus: inter quæ tamen non maxime trahere debet passionis Christi beneficium, quod tam magnum ipse Christus iudicavit, quod merito totum mundum trahere deberet. *Serm.* 1, *fer.* 4 *Pent.*

19. Ecce nemo potest venire ad Christum, nisi tractus: si ergo per gratiam non trahitur, quomodo venire possum? *Ibid.*

20. Invitatur homo verbi exhortatione, allicitur premii promissione, jubetur præcepti obligatione, trahitur beneficii exhibitione. *Ibid.*

21. Trahit hominem Deus, trahit hominem diabolus, trahit homo. Trahit Deus ad bonum, diabolus ad malum, trahit homo ad utrumque. *Prose.*

22. Trahit Deus hominem a malo ad bonum, homo ad bonum, a mundo ad cælum. Primo trahit incipientes, secundo proficientes, tertio pervenientes. Trahit quandoque per flagella, quandoque per beneficia.

23. Trahit quoque diabolus hominem de bono ad malum, de malo ad malum, de mundo ad infernum.

24. Trahit homo hominem ad culpam, ad gratiam, ad penam. *Ibid.*, *serm.* 2.

25. Trahendi sunt homines non solum verbis vel consiliis, sed etiam exemplis et adjutoris: Dominus enim cum diligit specialiter, qui ad bonum alios trahit.

26. Traxit Christus animas iustorum de inferno, trahit quotidie homines per doctrinam et gratiam in mundo, trahit quoque omnes, et angelos et homines et demones ad locum iudicii in die novissimi. *Serm.* 4, *Dom.* 11: *Omnia traham ad meipsum*, etc.

27. Traxit Christus homines ad se, mortis suæ merito, traxit multiplices beneficio, traxit doctrinam verbo: sed, huiusmodi diabolus plures trahit quam Christus, trahit enim quidquid hamum Christi evadit: trahuntur autem ad penam morientes, qui in esca diaboli exultant viventes. *Ibid.*

28. Nulla esca sic fortiter attrahit aves, nulla sagena sic violenter pisces, sicut mulieres attrahunt homines. *Serm.* 2, *Invent. sancto Crucis.*

29. Sicut torrens trahit paleas, et ista levia ad

S. BONAV.

MONYSIUS
CARTHUS.FRANCISCUS
TITELM.S. GREGOR.
MAGNUS.

S. IERON.

IDIOTA.

S. IOANNES
GREGOR.JOAN.
TRITEL.

PHILO JUD.

Oceanum: sic torrens tentationis trahit secum vanos, non humiles ad Oceanum inferni. *Tit.* 1 *Diact.*, cap. 3.

29. Iste est pessimus et ingratisimus, qui plus diabolice figmentis, quam divinis beneficiis est tractus. In *Stimulo amoris*, part. 1, cap. 7.

31. Generosus est animus, hominis, et facilius ducitur, quam trahitur. *Sup. Epist.* ad *Rom.*, cap. 12, art. 16.

32. Quemadmodum unum peccatum trahit aliud, sic una actio virtuosa trahit aliam. *Super Epist.* II *Petri*, cap. 1, art. 1.

33. Attrahunt demones et allicunt quibusdam blandimentis et ostentatione boni secundum speciem, animos simplicium; ac deinde in mortem rapiunt allectas et inescatas animas. In *Annot.* super *Psalm.* ix: *Dum attrahit eum.*

34. Iniqui quique quo plus in hoc mundo proficiunt, plures secum ad interitum trahunt. *Lib.* 6, *Moral.*, cap. 4.

35. Ille apud Deum magis in amore est, qui ad ejus amorem plurimos trahit. *Ibid.*, *lib.* 14, cap. 22.

36. Non corripit qui non trahitur: quia quem divina gratia non adjuvat, molestia suæ corruptionis gravatur. *Super Cant.*, cap. 1, super illud: *Trahe me post te.*

37. In mundo despectus tanto celerius ad Deum trahitur, quanto nihil habet in sæculo, ubi delectetur. In *septem Psalm.* *Pœnit.* super *Psalm.* ii, vers. 12.

38. Ætas mollis et tenera in utramque partem flexibilis est, et quocumque duxeris, trahitur. *Epist.* 42, ad *Gaudentiam.*

39. Difficile est humanam animam aliquid non amare, et necesse est ut in quocumque mens trahitur, trahatur affectus. *Epist.* 22, ad *Eustoch.*

40. Si in magete lapide et succinis hæc esse vis dicitur, ut annulos, et stipulam, et festucas sibi copulent: quanto magis Dominus creatorum omnium ad se trahere poterat, quos volebat. *Lib.* 1, super *Math.*, cap. 6, super illud: *Ne solliciti sitis*, etc.

41. *Trahe me post te.* Trahe me torpentem, ut me reddas currentem: trahere me peccantem, ut me reddas penitentem: trahere me ignorantem, ut me reddas scientem. In *Contemplat.* de *V. M.*, cap. 4.

42. Invocantes se Deus sequitur, et trahit: sados diligit, flagitiosos fugit. *Serm.* 7, de *Resurr.*

43. Oportet ut quem gaudia cœlestia non allicere valent, penæ infernales compellant. *Super Psalm.* *Regul.* S. *Bened.*, cap. 2, text. 33.

44. Necesse est mentem illo tendere, quo desiderio trahitur. *De Fortitud.*

45. Qui in cordibus trahendorum hoc egit ut crederent, hoc effecit ut vellent: non enim esset unde traherentur, si sequaces fide et voluntate non essent. *Prose.*

46. Quoniam qui non credunt, nec trahuntur omnino, nec veniunt: neque accedunt qui dissentiant, sed recedunt.

47. Qui ergo veniunt, amore trahuntur: dilecti enim sunt et dilexerunt: quæsiit sunt et quæsierunt: et quod eos voluit Deus velle, voluerunt. *Lib.* 2, de *Vocal. gent.*, cap. 27.

48. Qui veraciter diligit, et trahitur et trahi cupit. *Lib.* 1, super *Cant.*, cap. 1, in illud: *Trahe me post te*, etc.

49. (Nullus potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum). Hoc autem dicit, non ut libertatem tollat arbitrii, sed ut ostendat, quod multa habeat opus cooperatione a Deo is qui crediturus est. *Super Joan.*, cap. 6.

50. Trahit vehementer amor Jesus ad se amatores suos. *Medit.* 2, de *Adventu*, cap. 3.

Vide etiam tit. *Conversio*, sent. 20; *Exaudire*, sent. 65; *Invidiosus*, sent. 31, 35.

TRIBULATIO.

SENTENTIA PATRUM.

4. Quælibet jacula justo noscere non possunt, cui Deus lux est. *De Nabute*, cap. 14.

2. Deus sanctorum non est immemor, sed semper dateis in tribulatione solatium. *Super II Cor.*, cap. 7, super illud: *Consolatus est nos Deus*.

3. Quantomocumque tribulatio sit brevis in tempore, semper tamen tribulatio Deus assistit, ut levius tribulationem ferat. *Part.* 4, tit. 3, cap. 7, § 12.

4. O quam dulcis, quam levis tribulatio, quam dilecti sustinent pro Christi nomine! *Prose.*

5. Lapidem Stephano, crastula Laurentio, carbones ignis Vincentio dulces fuerunt, quas quasi lac pro Christo suxerunt.

6. Sola enim humilitas cum Spiritu aviditate, novit fugere tribulationem. *Serm.* *Dam.* *infra octavo.* *Nativit.*

7. Quanto magis igne tribulatio, quis incenditur, tanto clarior efficitur. *Serm.* *Dom.* 2 *post Pascha.*

8. Cruciatu corporis, malas animas miserabiliter affligit, bonas autem fortiter purgat. *De Agone christiano*, cap. 7.

9. Gaudendum Christianis est, dum recte conversantes prenumerant in hoc sæculo. *De Quest. Vet.* et *Nov. Testam.*, quæst. 15.

10. Nullus hominum est tanta justitia preditus, cui non sit necessaria tentatio tribulationis, vel ad perniciendam, vel ad confirmandam, vel ad

S. PROSVZ.

RUFERTUS
ABB.

THEOPHIL.

THOMAS
A KEMPIS.

S. AMBROS.

S. ANTONIN.

S. ANTONIUS
DE PADUA.

S. AUGUST.